

Sis has disciplinas socio et iuvatore opus habere. De
ipso autem Savile, ubi sit, quid agat, quem locum apud suos
habeat, fac, amabo, ocyus me certiore. Valde sum de
eo sollicitus, nec mirari satis possum, quid causa sit, quod
à biennio nullam ad me syllabam dederit. Si quando cum
ornamento illo aula nostra Dno Kurtz in colloquium
venies, rogo te, ut mea illi obsequia diligenter com-
mendes et impetres aliquid ab ejs uberem, et perpolitum in-
genio profectum in his studiis. Finckii illius, qui honori-
ficam tui in prefatione libri sui mentionem facit, abijt
in Italianam dolori mihi fuit. Spes n. mihi injecta
fuerat fore, ut ad me veniret. Iterum te rogo, sit
tibi cura hęc mea de Mathematico inveniendo cura.
Fortasse etiam Dominus Anichini humanissimus vir
nos adjuvare poterit. Mallem equidem Gallum aut An-
glum quam alterius nationis hominem. Uxor mea vos
amanter salutat et ego omnes, quotquot estis. Valete
felicitet. Gorae 20. Xbris 1585.

D. Pareus

81)

D. Petro Hübnero, Philosopho et Theo-
logo Bernensi

Salutem. Ex D. Hortino, Petre amicorum antiquissima
intellexi te in Bernensi Gymnasio Professore agere.
ipsius collegam esse factum, de quo tibi, ut debeo, gratu-
lor. Toto enim hoc disputationis nostrae septennio vix
certi quid de te alijs compluribus amicis licuit cognoscere,
quos jam paulatim Heidelbergæ ex noverca mater
facta recolligit. Non dubito, quin de Palatinatu, qui
Germania jam sabula est, apud vos rumor sit multus,
et de pueris nostris in ista hostium rabie, tu quoque
plurima desideres audire. Ego itaq; de his prolixè ad te
scriberem, nisi ex D. Hortino, qui puly quis rerum
nostrarum spectator et investigator, omnia rectius
vos cognituros esse considerem. Hoc unum mihi
crede, non humano consilio aut voribus, sed divino plane
miraculo

miraculo veritatis professionem quasi postliminio pedem
 hic posuisse. atque etiamnum contra rabidissimos ipsius
 crebri latratus intrepidam consistere, ut vere illud Salu-
 in nos conveniat. Cui reduceret Jechorah captivos Ps. 126. i.
 lion, facti sunt tanquam somniantes. Ita sibi nini-
 rum jam regnum hic hostes veritatis paraverant
 ut de coelo ruituro citius, quam de exturbatione
 parlati & metuerent. Vos vero nobiscum orate
 Dominum, ut miserationes ejus nobis sint quaer-
 endae, neque plus possint vel satanae furores, vel
 maxima etiam partis inter nos pro tanto beneficio
 ingratitude, quam laborantis Ecclesiae necessitas
 ministerii successus, Dei beneficio, mediocres na-
 stenus fuerunt, et cresunt indies. D. Angerus
 ante mensem Heidelbergam translatus est Bensheimium
 ubi nunc Pastorem agit, Collegam in Ministerio D.
 Quirino Reutero, et in schola Halionis. Ego no-
 lens volens in pristinum Sapientiae pertractatum
 cujus tamen conditionis me nimis nunc poenitet,
 quod sciam, etiam hos labores Deo gratos esse,
 et prudentiores judicarent, si tandem versiniam
 illam disciplinam exipere postliminio restitui
 posse. Vale. raptim Heidelbergae. 8. Aprilis 1585.

Eidem D. Hubnero

J. Pareus. 821

Satis à Patre Domini nostri Jesu Christ. Quanta
 me voluptate perfuderint literae tuae doctissime,
 et humanissime, Patre itidem doctissime et hu-
 manissime, equidem dicere vix possum; tu vero
 intelliges facile, si vetus illud meministi, veterri-
 ma quoque in amicitia esse suavissima. Sed et argu-
 mentum omni ex parte fuit ejusmodi, quod non
 modo me delectaret plurimum, sed etiam ad te aman-
 dum colendumque pro veteri nostrâ consuetudine.